

## Oraciones de Infinitivo

1. Caesar milites pontem facere iussit.
2. Caesar pontem rescindi iubet.
3. Apertum est te erravisse.
4. Homerus caecus fuisse dicitur.
5. Videris deceptus esse. Videtur te deceptum esse.
6. Romulus et Remus Romam condidisse traduntur.
7. Romulus primus rex Romanorum fuisse putatur.
8. Fabri pontem rescindere iubentur.
9. Iugurtha in senatu iussus est Roma decedere.
10. Vinum ad Germanos importari vetatur.
11. Speramus vos mox esse reversuros.
12. Reus se innocentem esse putat.
13. Credo fore ut linguam Latinam discas.
14. Memini patrem tuum haec mihi narrare.
15. Spero me cras redditurum esse.
16. Hoc concedendum non puto.
17. Iuramus nos esse innocentes.
18. Dixit se scire illud verum esse.
19. Possumus pronuntiare nos esse bonos, bonos fuisse et futuros esse.
20. Salvum in urbem te advenisse gaudeo.
21. Helvetii angustos se fines habere arbitrabantur.
22. Caesar speravit fore uti Ariovistus pertinacia desisteret.
23. Medicus Pyrrhi nocte ad Fabricium consulem venit promittens veneno se Pyrrhum occisurum.
24. Memini Catonem, anno ante quam est mortuus, mecum de his rebus disserere.
25. Urbem Romam a Romulo conditam tradunt.
26. Se domi mansurum dixit.
27. Negat Epicurus iucunde posse vivi, nisi cum virtute vivatur.
28. Prusias Romanis legatis dixit eos Hannibalis domum facile invenire posse.
29. Alios videmus velocitate in cursu, alios viribus ad luctandum valere.
30. Saepe audivi poetam bonum neminem sine inflammatione animorum existere posse et sine quodam

afflatu quasi furoris.

31. Cogitemus semper illum, quem servum nostrum vocamus, eodem modo esse ortum ac nos.
32. Gaudeo id te mihi suadere, quod ego iam sponte feceram.
33. Caesar milites equitesque conscendere naves iubet.
34. Video te velle in caelum migrare; spero fore ut id contingat nobis.
35. Omnibus bonis expedit salvam esse rem publicam.
36. Necesse est in rebus contrariis duabus alterum verum esse, alterum falsum.
37. Cincinnato nuntiatum est eum dictatorem esse factum.
38. Multis ex rebus intellegi potest maiores nostros non modo armis plus valuisse quam ceteras nationes, verum etiam consilio prudentiaque potuisse.
39. Quibusdam videor felix fuisse; mihi contra.
40. Gaius Carbo tribunus plebis vim Africano attulisse existimatus est.
41. Haec Scipio cum dixisset, L. Furium repente venientem aspexit eumque salutavit.
42. Vidi Q. Hortensium paene interfici servorum manu.
43. Quod mihi scribis te valere, valde gaudeo.
44. Cato esse quam videri bonus malebat.
45. Sulla se cremari post mortem voluit.
46. Caesar eo die milites tabernacula statuere passus non est. Caesar eo die tabernacula statui passus non est.
47. Consul Romanos captivum vincire et necare vetuit. Consul captivum vinciri et necari vetuit.
48. Dux vetuit milites longius discedere. Dux interdixit ne milites longius discederent.
49. Prudentissima civitas Atheniensium, dum ea rerum potita est, fuisse traditur.
50. Belgae populi Romani exercitum hiemare in Gallia moleste ferebant.
51. Hadrianus finem imperii esse voluit Euphratem.